

236
medicinae eius ecclesiam uidebi languentium lacerem multitudinem uenit mu-
lier quae ex parati in munda effecta est. uenit leprosus quae extra castra separa-
tus est pro immunditia leprae quae erunt a medico remedium quomodo sanentur
quomodo mundentur. & quia hic hic quae medicus est ipse est & uerbum diuagris suis
non herbarum sicut sed uerborum sacramentis medicamenta conquirat. Quae
uerborum medicamenta si qui in cultus per libros: tamquam per agros uideat esse
dispersa ignorans singulorum dictorum uir autem ut uilia haec & nullum sermonis
culti habentia praeterit. qui uero ex parte aliqua didicerit ammarum apud christum
esse medicinam intellegit. profecto ex his libris qui in ecclesia recitantur. tamquam
ex agris & montibus salutare herbas adsumere unumquemque debere. sermonum
diuinitatem ut si que illa est in anima languor non tam exterioris frondis &
corticis quam sicut interioris haustauritate sanetur. uideamus ergo aduersum
inmunditiam parati & contagionem leprae. praesens haec lectio quam diuersa
& quam uaria purificationum medicamenta conficiat. & locutus inquit
dominus ad moysen dicens. loquere filiis israel & dices ad eos. mulier quaecumque concoe-
perit semen & peperit masculum in munda erit septem diebus. primo consideremus
secundum historiam si non uideatur quasi ex superfluo additum. mulier quae conce-
perit semen & peperit masculum quasi possit aliter masculum parere nisi femine
concepto. sed non ex superfluo additur. addit discretionem namque illius quae sine fe-
mine concepit & peperit istum sermonem. pro ceteris mulieribus. legislator ad-
iecit. ut non omnem mulierem quae peperisset designaret inmundam. sed eam
quae concepto femine peperisset. Ad diuinoque ad hoc etiam illud potest quod
lex ista quae de inmunditia scribitur ad mulieres pertinet. de maria autem
dicitur. quia uirgo concepit & peperit. ferat ergo legis onera mulieres. uirgines
uero ab his habeantur in munes. sed si nobis aliquis occurrat argutus. & dicat. quod
& maria mulier in scripturis nominatur. Sic enim dicit apostolus. ubi autem
uenit plenitudo temporum. misit dominus filium suum factum ex muliere factum sub lege.
ut eos qui sub lege erant redimeret. Respondemus ei quia in hoc apostolus mu-
liera non pro corruptela integritatis. sed pro sexus indicio nominat. ut quae
dicebat filium dominum suum simul & illud quod communio omnium ingressu in hunc